

1147 Sedin nomine perveniunt, illud, prout possunt, armata
 militia circumdant.¹ Pomerani autem cruces super
 castrum exponentes legatos suos una cum episcopo suo
 nomine Alberto, quem dominus felix memorie Otto
 Bambergensis ecclesie episcopus, qui primo eos ad fidem
 Christianam convertit, eis dederat, ad eos mittunt, quare
 sic armata manu venerint, causam exquirunt. Si
 pro confirmanda fide Christiana venerint, non armis,
 sed predicatione episcoporum hoc eos facere debuisse
 referunt. Sed quia Saxones potius pro auferenda eis
 terra, quam pro fide Christiana confirmanda tantam
 moverant militiam, episcopi Saxonie hoc audientes
 cum ~~Ratibor~~ Ratibor principe et cum Alberto, tunc illius
 episcopo, consilio de his, que ad pacem sunt, habito cf. Luc. 14, 32
 plurimis amissis militibus una cum principibus
 suis ad propria redeunt; ubi etenim Deus non fuit
 in causa, bono fine terminari difficillimum fuit.²
 Princeps autem Theobaldus terram a fratre suo sibi
 commissam latrones, predones, ecclesiarum vasta-
 tores, pauperum oppressores quosdam suspendio,
 quosdam diversis penis cruciando, interficiendo
 feliciter gubernabat. Interea Loberlaus, filius Loberlai

XX bestätigt. Hgl. Can. Wiss. SSX, 147; Ann. Grad. SSXII, 651; Gerdig I, 129 ff.
Nr. 123, 125, 127; ferner Gerdig nach dem Mon. Sax. SSX, 159 zu 1147.

1) Von dem Brolenif des Blomankönigzigs Hgl. Brunschw. Jb. Konradm.
563-578.

2) Von dem Hirsfolz des Hirsolfurans fast ist Hirsolfurans-
nung in allen Quellen; Hgl. Brunschw. 577, Ann. 40.